

D'ist des Höchsten Rath / daß unser 'Freud' und
 Wonne /
 Ja unser höchstes Haupt u. wahrer Künste-Sohne /
 Der Schulen Aug und Herz / das Tugend nur gehegt /
 Soll werden jzt ins Grab und schwarzen Sarg gelegt!
 Doch stellt das Weinen ein / weint nicht ihr laßen Glieder /
 Ob unser Tugend-Schloß / Herr Theill / ligt gleich darnied /
 So lebt die Seele doch bey **GOTT** ohn alles Leid /
 Genüßet stete Freud in alle Ewigkeit.
 Herr Theill giebt gutte Nacht / **ER** lebet höchst vergnütiget /
 Der beste Schulen-Freund / der hat nun obgestieget /
 Die Croy der Herrligkeit ist Ihm zum Theill gemacht
ER rufft uns secklich zu: Ade / nun gute Nacht.

also klagte schmerzlich

Wolff Ernst von Leibnitz
 Eq. Luf.



10.

ODA PARENTALIS, ^{1611.}
 TETRASTROPHOS,
*è puris sapphiciis hendecasyllabis adorna-
 nata, & consecrata manibus.*
HONESTISSIMÆ
OLIM, PIETATIS, FRUGALI-
TATIS ET CASTIMONIÆ LAUDE
EMINENTISSIMÆ MATRONÆ
CATHARINÆ.
HONESTI ET INTEGERRIMI
VIRI, DN. NICOLAI BICCI, [P.M.] CIVIS
 & Mercatoris olim Budis s. relictæ viduæ
 decrepitæ.
QVÆ 18. IAN. ANNI INSTANTIS 1611. Æ PAULÒ
ante 6. vespertinam inter pias preces & suspiria naturæ debitum
persolvit, inq; cœlesti beatorum receptaculum
commigravit.
 POSTQUAM 93. ANNUM ÆTATIS JAM ATTIGISSET.
 De contestandâ *ουπτασίᾳ* suâ, itemq; decla-
 randâ gratitudine pro acceptissimâ sibi hæc-
 nus præstitâ clientelâ oblata.
BUDISSINÆ, TYPIS NICOLAI ZIPSERI.

YYY098

x

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,

SPECTATISS. Q; VIRIS,

Pietate, prudentiâ, eruditione, itemq;
Virtute præclarâ, & rerum usu multiplici
præstantissimis:

DN. M. MELCHIORI BICCIO

SENIORI REIPUBL. PATRIÆ PRO
TEMPORE CONSULARI EMERITO:

DN. CASPARI BICCIO REIP.

IBIDEM PROTO-NOTARIO SOLERTI:

necnon

DN. M. ZACHARIÆ BICCIO,

SCHOLÆ IBID. PATRIÆ RECTORI
INDUSTRIO.

*Fratrum Triadi laudatissima, defuncta
filijs in luctu & squalore relictis:*

*PATRONIS ET MÆCENATIBUS SUIS
æviternam colendis.*



Apphico plectro Schola nostra bustis
Mœsta defunctæ *CATHARÆ* parentet.
Vos Trias fratrum veneranda nostris,
Ausibus vultu placido favete.

Regius Psaltes spacium caducæ

Quando describit breve, triste, Vitæ:
Septies denos habet, inquit, annos
Vita, vel denos superadde summis.

Psal. 90. S10.

Optimum vitæ labor est dolorq;

Anxiæ curæ, nihil & quietis,
Semper affligi cruciarierq;
Et sub immensâ gemere usq; mole,

Verè ut horrescas superesse longum,

Et dies vitæ numerare seros
Ipsa defuncta ut gemitu frequenti, &
Soepius fuis lacrymis'professa est.

Vixit in tantam, pia, nam senectam

Quanta centenis datur haud in orbe
Imò millenis: adeò supremus
Usq; promissi memor est *JEHOVAH.*

NB.
Anni ætatis
93.

Vidit in quartam generationem

Filios, neptes simul & nepotes,
Posterios seros & in universum,
Sexies septem numeravit omnes.

NB.
Posterius 42.

Atq̄ quod pennâ memori notandum
 Tam Dēus matris pietate motus,
 Filijs charis benedixit almus,
 Et locum voto dedit haud inani.

1.
 M. Melchi-
 or Bick. Rei
 publ. Patrię
 CONSUL.

Primus ut Consul Patrię Paterq̄,
 Juris antistes sit & almus æqui,
 Arte præclarâ simul & magister,
 Dignus annos vivere vir peremneis.

2.
 Caspar Bick
 Reipubl. e-
 jusdem Pro
 tonotarius.

Publicis alter sedet à libellis
 Curia, gnavus variosq̄ rerum
 Annotat casus, publicisq̄ libris
 Ingerit, dextre peragitq̄ munus.

3.
 M. Zachari:
 Bick Scholę
 Patr. Rect.

Tertius nostris docilis Magister,
 Præfidet castris vigilanter artis.
 Dexterè gnarus teneram juventam
 Erudire omni in pietate solers.

Hoc decus! laus hæc! pietatis amplum hoc
 Præmium! tales habuisse gnatos,
 Qui suo possint Patriam juvare,
 Consiil, culti ingenij & talento.

Contigit tales Tibi cum videre,
 Liberos frugi veneranda mater,
 Cujus hac corpus requiescit urnâ,
 In sinu Abrâhæ ast animæ est, ovatq̄.

Digna, quam nostra, es, recinant Camœnæ
 Manibus cujus simul & parentent,
 In sinu Abrahæ CATHARINA dulci,
 [Quod scholæ votum est] req̄vie fruatur.

ADIECTA EST COLOPHONIS

loco pia memoria ergò ἑτερολογία, quâ describitur
 defuncta in CHRISTO matrona
 pientissima.

1.

Numerus annorum at atis.

VIXIt plè & frVgaLter,
 & In VnIVs agnI sangVIne

Apoc. 12.
 § 11.

2.

Mensis & Dies mortis.

eXplrat IanVarlo, h̄

3.

Annus Epocha ejusdem.

Christo MortVa gaVDet
 beata.

Rom. 14.
 § 7. 8.
 Apoc. 14.
 § 13.

à

JOHANNES SCHIDELIO

Budis. Phrontist, ibid. Patr.

Collega χεδ'ιωσ.



Addiderunt insuper huic oda sua etiam

τῆσ συμπαθείας γνωρίματα sequentibus
 qui subscripserunt elegijs.

IN PIUM ET PLACIDUM

OBITUM PIÆ ET HONESTÆ MATRONÆ
CATHARINÆ BICCIANÆ.

Omnia mutantur: subsistunt cuncta caduca
Et nihil hic firmum, perpetuumq; manet.
Incolimus mundum ceu diversoria, cuncti,
In Cælis nobis patria vera manet.
Est & justorum Mors permutatio sua vis:
Per quam defuncti calica tecta petunt.
Ne tristes videant clades, stragemq; futuram,
Illos in tuto JOVA sub astra locat.
Exemplum hoc vestræ Matris vos edocet alma:
Mortua quæ vobis talia dicta refert.
Quod mea ruperunt fatales pensa sorores,
Meq; senem cunctis surripere malis;
Hoc fuit in Fatis, de quo conscribitur illud,
Omnis homo vita debet obire diem.
Languida quæ traxi perlongo tempore membra
Nunc tandem placidè funere mersa cubo.
Est mihi vera quies magnorum à fine malorum
Salvifico Gnati sanguine parta DEI.
Pulvere nata fui, vixiq; in pulvere, pulvis
Mortua nuncq; mei corporis ossa tegit.

Splen-

Splendidiore mei sed parte inserta J EHOVAE
In cælis vivo, latitiaq; fruor.

Vos igitur terris nunc pignora chara Valetē:
Et Mortis memores vivite quaq; die.
Sic tandem mecum vivetis culmine cæli
Aspectu hic vestro colloquioq; fruor.

Debitæ gratitudinis ergo exarabar

JOACHIMUS STUMPFIIUS
Diaconus BUDISS:

HOC vult qui mæstus functâ Genitrice parentat,
ut laudes IHOVÆ postera turba legat.
Ergò lecturus CATHARINÆ justa memento:
quid paucis verbis verba ligata velint.
Nata fuit; denata fuit; fuit illa renata;
in mundum, mundo, sanguine munda DEI.
Hinc CATHARINA DEO placuit, vixitq; per annos
TRES NONAGINTA, Rara ea vita solo est.
Natos natorum QUADRAGINTA, atq; Duos hac
vidit: sic Dominum qui timuere virent.
Si numeres hominum atates quos terra Lusatum
procreat, hunc numerum quisnam habiturus homo est?
Nunc denata DEO vivit, Mundog; superstes;
nati Natorum TE CATHARINA beent.
Tandem, CHRISTE, tuo sancto mundata cruore,
cùm denata fuit, CHRISTE, beata fuit.

ADAMUS MARCUS OLSEN:
Sil: Schol: nov: Budif: Collega.



In exequias luctuosiss.

1615.

21.

CHRISTIANÆ

filiolæ bimæ,

Clariss. & Excellentiss. Dn.

CASPARIS
DORNAVII

Philos. & Medic. Doct. Gymna-
sij Gorl. Rectoris meritiss. præmatura
morte in cœlestem beatorum
Scholam evocatæ

die 7. V. 11br. An. N. C. 1615.

Threnodiæ amicorum &
Collegarum condolentium.

Excusæ typis Joh. Rhambæ GORLICI.

